

1070 octubre 27

4

Doña Sancha, madre de Ramiro I, da a su nieta la condesa Sancha el monasterio de Santa Cecilia de Aibar, con sus posesiones, la villa denominada Miranda y la heredad de San Pelayo de Ates.

ahn, Serós, carp. 785, nº. 3, original.

[Crismón] Sub Christi nomine et individue Trinitatis. Hec est carta donationis quam fieri iussi ego domina Sancia, mater Ranimiri regis, ad te nepta mea domna Sancia de illa honore quam dedit michi illa regina domna domna Eximina, mater Sancionis regis. Si quidem placuit regine et dedit michi in Aibar uno monasterio nomine Sancta Cecilia in illo territorio vel termino situ, cum omni integritate et sua pertinencia, cum agris cultis et incultis, vineis, ortis, molinis, fontibus vel montibus que sunt in circuitu, pratis, pascuis, exitus et introitus atque regressus. Et postea firmavit et corroboravit michi libenti animo et spontanea voluntate Ranimirus filius meus rex. Insuper addidit michi illa villa que vocatur Miranda, cum sua honore et cum suis totos terminos, montibus et vallibus. Et concessit michi illa hereditate de Sancti Pelagii de Ates. Et modo ego Sancia sic dono et confirmo tibi comitis nepote mee, ut in vita tua antepares toto isto donativo supra scripto. Et post mortem tuam reddas Sancte Marie sororibus, pro redēptione anime mee et tue vel omnium parentum nostrorum, ut sit perpetualiter mihi servientium Deo. Et si quis aliquis ex nostro genere filiis, neptis aut bisneptis venerit sub aliqua occasione hoc donativum auferre vel minuere, sit anathema marenata, et cum Datam et Abiron et Iuda traditore abeat in perpetuum portionem, amen.

Facta carta donationis et confirmationis in atrio Sancte Marie, ante abbatisse domne Mennose soror episcopi domni Sancii Aragonensium et sororum omnium, regnante rege domno Sancio in Aragonie et in Suprarbi et in Ripacurtia, episcopus Iohannes in Pampilonia, episcopus Salomon in Ripacurtia, abbas Garsias in Sancto Iohanne, senior Sancio Galindiz in Atares et in Boltania, senior Lop Gardez in Ara, senior Ato Galindiz in Abinzanla et in Nozito, cuurrente era T<sup>a</sup>. C<sup>a</sup>. VIII<sup>a</sup>, VI kalendas novembris.